Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35162
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Caradrion . auis . uel dicitur .
dicitur secundum phisiologum est
auis albi coloris
Carbasus est velum nauis .
quod carinis basis i. susten-
tamento in inferiori est et
ethroclitum in genere neutro
Carbasus carinarum tamen
carbasa plura uidebis
Carbunculus est lapis preciosissimus
sic dictus quia carbone ignitus
cuius fulgur nec nocte
vincitur lucet enim in nocte
adeo ut flammas ad oculos
vibret
Cardiacus dicitur iste qui patitur
infirmitate cordis a
cardian quod est cor
Capistrum instrumentum est cum
quo fructum purgatur
Capedo est gemma uel spacium
cum non per compositionem
h(oc) intercapedo inis i.
distancia localis ut inter duas
parietes
Cardo . inis . dubij generis est
pes hostij qui uertitur in foramine
et ponitur quandoque pro ipso foramine
Item cardo dicitur extremitas .
alicuius rei ut celi uel
aliorum Item ponitur pro articulo
uel pro oportunitate quando in
cardine est leuius potest in-
trare uel exire
Carduus tribulum per duplicem r. est
herba spinosa mordax et aspera
i. distell cuius fructus albus et
piceus i. fluxus capillorum et
secundum dyascoridem radix eius
in aqua decocta cupiditate
bibendi potatoribus iniustum
indicit cibus est valens ad
masculos procreandos
Carectum ti . locus ubi crescunt
carices est autem carex pro
ait papias et ysidorus erba acu-
ta et durissima
Caribdis . g. furrago fossa
lati est profundum baratrum vrges
Caribdis dicta est eo quod gurgitibus
occultis naues absorbeat
Carica ce . media correpta est vicus
sicca siue passa et grossa
Caries . ei . i. putredo et sic
dicit hugucio caries est proprie
lignorum putredo aut aliarum
rerum et hec caria in eodem
sensu
Carina media est uentus nauis
media producta ponitur et quandoque
pro ipsa naui
Carisma . tis . n. generis dicitur donum
spiritus sancti a car quod est gracia
Carmelus . li . est nomen montis

22r